



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Privilegia Bullæ Cruciatæ cuius sunt generis parag 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

fit concessum Personis, non ut singulis, sed ut conflantibus unum Corpus morale, hoc est, unam Communitatem, dicitur Privilegium Corporale.

6. Rursus hoc Corporale subdividitur, habet enim duas species. Si enim conceditur ita Communatati, ut descendat ad singulas Personas, hoc est, ut singulæ sunt, & ut membra talis Communitatis possint uti illo Privilegio, Vocabitur Privilegium Corporale Personale, & hujusmodi sunt multa concessa Religionis, Clericis, Militibus, Scholasticis, & similibus. Si vero ita Communatati conceditur, ut ipsa Communitas uti eo Privilegio possit, dicitur Privilegium pure Corporale, & hujusmodi sunt, quæ conceduntur Capitulis, & similibus in electionibus faciendis, atque in Actionibus à tota Communitate, VG. à Senatu, à Congregatione, seu Concilio expediendis. Atque hoc Privilegium, quia respetu dignitatem ipsam, nempe ipsam unionem multorum, vocatur ab aliquibus, ut notat a Salas, Privilegium Reale. Alias Privilegiorum Divisiones vide apud Silvestrum V. Privilegium, apud b Castropalaum, & paßim.

§. II.

Privilegia Bullæ Cruciate cujus sint generis?

1. Dicendum est, esse e Personalia absolute. Ratio est manifesta ex dictis. Ea enim sunt à Pontifice concessa determinatis Personis utriusque sexus, idque ad finem peculiarem excirandi Fideles ad pugnandum, vel ad precandum, vel ad erogandam elemosynam contra Infideles. Nam propterea sicut potes describere Bullam Cruciate. Est Diploma, seu Scriptura Summi Pontificis, continens aliquam Privilegia, quæ ipse concedit Fidelibus cooperantibus, sive per pugnam, sive per preces, sive per elemosynam, ad extirpandos Infideles.

2. Dicitur autem (Bulla) quia vox hæc Bulla significat quantum ad nos facit. sigillum pendens ex litteris Apostolicis, atque a deo per figuram Synedochæ, sumitus pro ipso toto Diplomate.

3. Dicitur præterea Cruciate, quia olim Bulla hæc concedebatur militibus, qui signo Sanctæ CRUCIS insigniti ad bellum contra Turcas proficisci cebatur sub Urbano II. & in Concilio Lateranensi sub Julio III.

4. Ex eo, quod sunt Personalia ejusmodi Privilegia, sequitur, durante Concessionis anno, te Bullam habentem posse ejus Privilegiis frui, quocumque te conferas, etiam extra Regnum, in quo ea promulgatur, quia Privilegium Personale adhæret Personæ ex Reg. 2. de Reg. Iuris in 6. Excipe Privilegium ciborum prohibitorum, quo eriam occulte, & sine scandalo uti non potes extra Regnum; quia, ut infra dicemus, id expressè prohibetur.

§. III.

Amplè ne, an strictè sint Privilegia Bullæ interpretanda?

1. Communis est Doctrina, Privilegia, quæ sunt contra Jus commune, hoc est, quæ concedunt fieri, vel omitti aliquid, quod alias erat ex Jure faciendum, vel omitendum, debere strictè interpretari, quia (ut loquimur, & egregie declarat d' Tiraquellus) d In l. si quod exobitar, hoc est, quod te subtrahit à unquam communi Jure, odiosum est, arque adeo, v. liberta- quantum fieri potest, restringi debet, ne Jus, tis. nn. 19. quod propter bonum commune latum est, corrut cum communis boni damno.

Contra, Beneficium Principiis propriè acceptum, quia (ut vidimus) non est contra Jus commune, debet latissimè interpretari, cum Beneficia Principiū supponantur ex liberalitate Principe digna, hoc est, magna, proficiēt. Excipe (ut ex se patere debet) nisi sit in præjudicium Tertii, hoc enim semper vitare velle, putatur Princeps.

2. Ex hac ergo Doctrina sequitur, Bullæ Privilegia, cum plerique ex illis vulnerent Jus commune, quale est VG. illud de laeticiis comedendis, quæ non esse comedenda diebus veritis, præcipit Ius; sequitur, inquam, strictè esse Interpretanda.

3. Et certe ita absolute sustinet. e Sanchez e Sanchez cum multis de omnibus Bullæ Privilegiis, lib. 8. de est que hæc sententia satis probabilis, quam Matr. d. etiam sequitur f Bardi. Nam primo per Indulgentias, quæ conceduntur in Bulla, Pæni- f Bard. in tentiis satisfactio, & Rigor Ecclesiastica Bull. Cris. disciplinae facile potest occasione Indulgen- p. p. 1. tiarum enervari. Secundo, Electio Contella- e. 5. ri, Posse Interesse facio tempore Interdicti, Usus laeticiorum diebus prohibitis, & similia Privilegia Bullæ sunt contra Jus commu-

neat-